JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 247r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



ad pronunciandum licet nunc non sit eas scilicet ra-
tiones sententiis inserere et postmodum sententie
conclusionem legant in scriptis et sic servat
Curia Romana. Item est nulla ratione processus
ut si lata est lite non contestata vel ebmisso aliquo
de hiis que sunt de substantia ordinis iudiciarii C.
de sen. et interlo. o. iudi. l. prolata ii. q. vi. §
diffinitiva. Sed pone quod publicatis attestationibus
iudex non invenit in actis quod lis contestata fu-
erit numquid fert sententiam cum sibi constet utrum
fuisse contestata et tabellio idem dicat. Dic quod
si tulit sententiam et fit questio inter alias personas
et coram aliis iudicibus non irritabitur
sententia. Etiam ipsi poterunt protestari quod in eorum
presentia fuit actum iii. q. ix. testis. Nec in hoc
dicetur iudex testis esse in causa sua de testi-
excep. inter. § preterea. Si ergo apparet sententia
non tamen invenitur in processu quod lis fuit
contestata ymo non valet sententia de elec. dudum ii.
v. licet autem. Sed si postquam processus negetur
non valet sententia nisi de ea legittimis con-
stiterit documentis de proba. quoniam ut patet.

Nulla ratione processus